



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Iustitiae incitamenta sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Hominem impediunt quinque,
ne approximet
Deo.*

- Ma, 19** **P**rimum est amor diuitiarum. Matt. Abiit tristis eò quòd haberet multas diuitias. Secundum est amor parentum. Matt. Dimittite me prius sepelire patrem meum, &c. Tertium est timor recidiuand. Quartum est uerecundia confitentis. Quintum est, duplicitas animi. Vnde Seruator. Quid me tentatis hypocrisis, &c. Et Ecclesiasticus. Ne accelleris ad eum duplici corde, &c. Vnde homini duplici corde.

*Iustitie incitamenta sunt
quatuor.*

- I**ustitia plura incitamenta habet. Primum est natura. Et hoc dupliciter. Primo, per rectitudinem, quam dedit corpori humano, quæ eadem rectitudo mouet ad rectitudinem iustitiæ. Ecclesiast. 7. Hoc inueni quòd fecerit Dominus hominem rectum, & ipse se infinitis quaestibus implicuit, &c. Hanc eandem

tentiam D. Bernardus recitat dicens .
 Rectus itaque Dominus hominem re-
 ctum fecit. Item. Rectum Deus homi-
 ni staturam dedit , forsitan ut ista cor-
 poralis rectitudo hominem illum in-
 teriore qui ad imaginem Dei factus
 est , spiritualis suæ seruandæ rectitu-
 dinis admoneret, &c. Secundo, quia ea
 que sunt iustitiæ, pro magna parte na-
 turaliter in corde hominis scripta
 sunt. Vnde P. Augustinus . Furtum
 certe punit lex tua domine. Et lex scri-
 pta in corde hominum quam ne ipsa
 quidem delet iniquitas . Quis enim
 fur æquo animo patitur furem? Secun-
 dum est scriptura. Psal. Sacrificate sa-
 crificium iustitiæ, &c. Sap. Diligite
 iustitiam qui iudicatis terram . Ter-
 tium est, quia Deo multum placet.
 Psal. Iustus Dominus, & iustitiam di-
 lexit, &c. Prou. Quis sequitur iusti-
 tiam, diligetur à Deo, &c. Quartum
 est, quia homini multum prodest, Sed
 vide infra.

Bern,

Auguf.

Pfal. 4.
 Sap. 1.
 & Ec-
 cle. 4.

Pfal. 118.
 & 10 .
 Prou. 15

Iustitiæ bona sunt quinque.

Primum est, quia à præsentis ma-
 lo liberat. Vnde Daniel. Deus
 meus misit angelū suum & con-

Dan. 6